



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

98 Vult jus muniri peregrinos quinque sigillis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

folatus tuum studium, ac vorum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostrae satis placitum esse cognosce, quod sancti- monia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatione sollicita est. Que, ne aliqua ratione possit venire, satis clementer in nostra credidi esse provolum. Denique beati- tudinem tuam predicantem, id ad cunctorum clericorum noti- tiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuae (quod non optamus) humana forte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si a dudo, ne supra. Et infra. Vide id observandum est, ut omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostrae admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare consentiant: cum certum sit, nulli primum sua studia profutura.

¶ pars. Sine signati apostolus non est. Romanæ ecclesiæ studeat, legationem suscipere. ¶ Suscipere] in vultu sequatur, neque mittere: qui absent a vestro, neque conveniant cum his, que sequenti capite afferuntur.

C. III. ¶ Romana non confuevit ecclesia sine signati apostolice legationem undecumque suscipere. Unde Nicolaus Papa.

Nobilissimus vir atque strenuus vestre sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem a vobis nostro Pontifici detulisset, licet nunquam Apostolicæ sedis modis fuerit, abique signatis episcopus undecumque legationem suscipere. Nos tamen vos in illo honoratis ejusque gravitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscetes assertiones, nihilominus eum, & sicut decuit, suscipimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus.

DISTINCTIO XCVIII.

¶ In ceteris ordinibus sunt observanda, qua in eorum electione diligenter sunt consideranda, multorum auctoritate non monstrata sunt. Sed quia veritas rei nominis quanto observatur mutatione, pronuntia, decretionem est sacri canonibus, ut peregrini, nisi quinquaginta vel eo amplius, suorum Episcoporum fuerint commendati: christographi, non ordinantur.

C. I. ¶ Nisi quinquaginta Episcoporum liberis designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiatur. Unde Sylvester Papa generali concilio & presbitero dixit.

Nillus a aliqua ratione transmarinum hominem pene vos et in clericatus gradus suscipiat, nisi quinquaginta [eo amplius] Episcoporum designatus sit christographus.

C. II. ¶ De eodem. Item Ambrosius I. ubi Roma Episcopus ad omnes Germaniam, ac Italiam Episcopos. ¶ cap. 2.

Transmarinorum hominum in clericatus honorem non suscipiat, nisi quinquaginta, aut eo amplius Episcoporum christographi sint designati: quia multa per subreptionem solent evenire.

C. III. ¶ De eodem. Item Gregorius Romana ecclesie presul Squallatus Episcopus, lib. 2. cap. 25.

A Transmarinorum, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiam suscipi non debent. a Distinct. 29. §. duo. b al. moris. c in fin. epilogi concilii Romani sub Sylvestro, sed paulo altero. d Poly. lib. 2. tit. 31. Anselm. lib. 2. cap. 20. e al. nu. f absent ab originali & alibi bonare nolite suscipere. g Poly. lib. 2. cap. 24. h al. Transmarinorum, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiam suscipi non debent. i Poly. lib. 2. tit. 31. f. 1. cap. 25. f. 1. g. al. f. 1. h al. Episcoporum.

sanctos ordines tendentes nulla ratione suscipias: quia Africi quidem aliqui Manichei, aliqui rebaptizati, peregrini: verò plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti, fortiores i dese prætendisse honores saepe probati sunt. ¶ Fortiores] Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorii codicibus: verum in Eubœana, ac Lugdunensi ejusdem B. Gregorii operum editione, ad fortiores prætendisse honores.

C. IV. ¶ Non sunt promovendi ad clericum, qui peregrini fuerint baptizati. Item ex concilio Eliberitano, cap. 24.

O Mnes, qui peregrini fuerint baptizati, eò quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clericum non esse promovendos in alienis provinciis.

DISTINCTIO XCIX.

¶ Primatibus autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in Ecclesia obtinuerint, an in aliquo a Patriarchis differant, quomodo obedientiam Archiepiscopis eis debeant. Primates & Patriarchæ de cetero sunt nominati, sed episcopales officii. At Archiepiscopi autem, quorum necesse fuerit, Episcopi ad Primates appellantur: sed ad Primatus ad Archiepiscopos appellare non licet. Debet ergo obedientiam Primatibus Archiepiscopi in omnibus, qui sibi ab eis iuste fuerint imperata.

C. I. ¶ Que obedientia sit exhibenda Primatibus & Patriarchis. Unde Anacletus Papa ait ad Episcopos Italiae, epist. 2.

Provincia b multo ante Christi adventum tempore divisa sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & b Clemente prædecessore nostro ipsa divisio est renovata. Et in capite provinciarum (ubi dudum Primates legis & sacculi erant, ac prima judiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugerent non poterant, vel quibus permiffum non erat, confugerent pro oppressionibus, vel iniustitiis suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat.) ipsi quoque in civitatibus, vel locis nostris d Patriarchas, vel Primates, qui in nam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges divina & ecclesiastica poni, & esse iusserunt, ad quos Episcopos, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent: & ipsi Primatum nomine fuerentur, & non alii. Reliquæ verò metropolitana civitates, quæ minores iudices habebant (licet majores & comitibus essent) habent metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent Primatibus, sicut & in legibus sacculi olim ordinatum erat: qui non Primatum, sed aut metropolitano, aut Archiepiscoporum nomine fuerentur.

¶ Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 31. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi Archiepiscopis scripta, & quæ & originali nonnulla sunt restituta.

C. II. ¶ Nisi venerint Primates, nisi qui primatus sedes tenent. Item Anicetus ad Episcopos Gallicæ.

¶ Nvlli f Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent civitates, quarum Episcopos Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas, & Primates esse constituerunt: nisi aliquas gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum b, Primatem constitui. Reliqui verò, qui alias metropolitana sedes adepti sunt, non Primates, sed metropolitani nominentur.

¶ Ivo p. 6. cap. 32. a al. in peregrinatione. b Ivo p. 31. c. 132. Pann. lib. 4. cap. 24. c al. leges. d al. nostris. e al. majorum comitum. f Poly. lib. 1. tit. 21. f. 1. cap. 25. g. al. f. 1. h al. Episcoporum.